

gendo, brevis hominum vita videatur  
nihilominus tamē interea, sub Pompeio  
magno militavit, & ab eodem bello Py-  
ratico naualem promeruit coronam, ce-  
leborrimi particeps Triumph.

M. T. CICERO.

**Q**uem vero Varroni comitem dede-  
rim, nisi quem modo testem dedi,  
M. Tullium: hos enim & ætas iunxit, &  
Plinius Secundus in libro Naturalis Hi-  
storiæ septimo, iuxta collocavit. Hic ita-  
que cum multum temporis Philosophiæ,  
sicut sæpè memini, ab adolescentia tri-  
buisset, repente in curas Reip. atque in  
ambitionis laqueos delapsus, Philoso-  
phiæ studium coactus est deserere, ad Cō-  
sulatam mox prouectus, in quem nefan-  
dissimorum civium omnis impietas, & ut  
verbo eius utar, nescio quo pacto om-  
nium scelerum ac veteris furoris & auda-  
ciæ maturitas erupit. At post Consulatus  
exitum, simultatum perenniibus reliquiis  
vexatus, tot tantisque difficultatibus ob-  
sessam traduxit ætatem, ut in Philoso-  
phia parum aut nihil scriberet, contentus  
eloquentiæ principatu. Postremo autem,  
ubi à facile bellorum civilium, in ocij so-  
litudinem abiit, de quo Paulo antè di-  
ximus

Quum